

8440196





MORINO

Lo,

Psalmos

..2..

BS1429

L67

1737

v.2

c.1

JOANNIS
LORINI
SOCIETATIS JESU,
Commentarii in Librum
PSALMORUM,

IN QUIBUS PRÆTER ACCURATAM SENSUS
litteralis explanationem, variarum tum editionum, tum lectio-
num collationem cum vulgata, quæ defenditur, Phraſeon etiam
Scripturæ atq; vocabulorum diſquiſitionem, myſtici omnis ge-
neris ſenſus, ex Patribus, præcipuè Græcis Latinisque, traduntur.

TOMUS SECUNDUS.

EDITIO SECUNDA VENETA.

*Cum Indicibus Sacræ Scripturæ, ac rerum magis
exquiſitarum & inſigniorum.*



VENETIIS, MDCCXXXVII.

Apud Jacobum Tomasinum.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.



B57429
L67
1937
v. 2

PSALMUS
TRIGESIMUS OCTAVUS
IN QVIBUS PRATER AGGROSSAM SENSUS
CUM ILLICIBUS SACRE SCRIPTURE
EDITIO SECUNDA A VENTURA
TOMVS SECVNDVS
SOCIETATIS
L. O. R. I. N. I.



VENETIIS. MDCCXXXVII
Apud Iacobum Bonisium

PSALMUS

TRIGESIMUS OCTAVUS.

- 1 In finem, ipsi Idithun Canticum David.
- 2 Dixi Custodiam vias meas: ut non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam, quum confisteret peccator adversum me.
- 3 Obmuri, & humiliatus sum, & sicuti a bonis: & dolor meus renovatus est.
- 4 Concaluic cor meum intra me: & in meditatione mea exardefecit ignis.
- 5 Locutus sum in lingua mea: Notum fac mihi Domine finem meum.
- Et numerum dierum meorum quis est: ut sciam quid desit mihi.
- 6 Ecce mensurabiles posuisti dies meos: & substantia mea tanquam nihilum ante te. Verumtamen uniuersa vanitas, omnis homo vivens.
- 7 Verumtamen in imagine pertransit homo: sed & frustra conturbatur. Thesaurizat: & ignorat cui congregabit ea.
- 8 Et nunc quae est expectatio mea? nonne Dominus? & substantia mea apud te est.
- 9 Ab omnibus iniquitatibus meis erue me: opprobrium insipienti dedisti me.
- 10 Obmutui, & non aperui os meum: quoniam tu fecisti: et amoue a me plagas tuas.
- 12 A fortitudine manus tuae ego defeci in increpationibus: propter iniquitatem corripuisti hominem.
- Et rabeferere fecisti sicut araneam animam ejus: verumtamen vanè conturbatur omnis homo.
- 13 Exaudi orationem meam Domine, & deprecationem meam: auribus percipe lacrymas meas.
- Ne sileas: quoniam advena ego sum apud te, & peregrinus, sicut omnes patres mei.
- 14 Remitte mihi, ut refrigerer prius quam abeam, & amplius non ero.

Athun. Confirmat sententiam nostram Paraphraste Chaldaeus, poneas in titulo **על כבוד ידיתון** *hwal pumma Idithun*, hoc est *pro Idithun*. Sicut in Psal. LXXVI. addas sic *Idithun*, dicitur quum eò peruentum fuerit.

Quapropter non praesent, qui Idithun voluit genus quoddam carminis fuisse, quod ipse composuerit, ad cuius exemplum Psalmi sint editi, quibus Auctoris illius praesigitur nomen: nec est probabile, Idithum esse vocabulum, aut castilense, ad cuius modulum Psalmi canerentur. Similes de illis Psalmis opiniones antea, rejecimus, docuimusque, ex nominibus propriis, diversis à David, argumenta non siccere, salum praeter ipsum auctorem fuisse Psalmi Natio Haimo quas intelligat scripturas, in quibus legitur scribit, *hanc Psalmum fecit Idithun, hoc est Eman*. Sed quae quid valeat scholion Graecum intelligo, *quod dicitur in psalmo, uni iudici qui dicitur: forsitan iudicem dicitur, voluit dicitur, pueri dicitur, ac praesertim cantoris, ut dixi. Denique non probo, quod Eusebius docet, ab Idithun edoctum Davidem, tanquam ab eo, ut esset insignitus Prophetico spiritu, illa quae continentur Psalmo isto.*

Omitto mysticas vocabuli huius interpretationes, ut significet quod ait Augustinus, & alii, transiens eos, videlicet ima cogitantes, in rebus transiens eos spera ponentes, ac veluti simile sit illud canticum Psalmi qui dicitur *Cantica graduum*, *Gracè dicitur, sed in confessionum*. B Thomas refert aliam notionem, ut *Idithun sit vir inuis silius*. Scholion Graecum aut significare *deceptionem*, & fallaciam, *Idithun legem ejus aut legalem*, aut eum qui laudem in confessionem dicit. Helychius *venturum*, quod significat *ipsum*, de quo dixi. Felix derivat à *ידיתון*, *proficere*, *levare*, *exaltare*, *confiteri*, & *ידיתון*, *justicare*, *litigare*, *contendere*, *insultare*. Dicitur est omnis haec ratio Ethymologiae si exactè perpendatur, ut post Martiam Bredembachium observavi. Iuxta Hebraeam quoque formam, notat Nicolaus Trevetus profert debere *Idithun*, non *Idithun*, nec *Idithun*, nec *Jedithum*, nos tamen corruptè pronuntiare *Idithun*, sicut *Isaiam*, pro *Jesaja*, atque hac in re valere debere quod monet Augustinus, imperitam praevolare consuetudinem, quamvis aliquid afferri potest quod adhuc ignoramus, unde magis nos docere debeat iudicium veritatis quam praedictum consuetudinis. Queri posset, quum Idithun praesert non simpliciter canentibus, sed instrumenta quoque pullantibus, cur attribueretur ei canticum, quod absolute postum non includit instrumenti pullationem. Responso sufficit quod quibuslibet Cantoribus praesert, sed & *ידיתון* *mizmor*, saepe quod hic habetur solet verti *psalms*: itaque vertit Hieronymus, hoc loco licet Gracè sit *idithun*.

Idithun pro genere carminum & agnomnis sanium.

In Index hili. ac Tyrolus.

in Psal.

Verf.) In finem ipsi Idithun, Canticum David.



In titulo quid sit. In finem: lege Psal IV. & quid canticum in praefatione a. Quidam codices habent, pro *Idithun*, *Idithun*, & ita legit Origenes. Ambrosius, Augustinus, ceteri serè Latini, D ut Hieronym. Cassiodorus, &c. De *Idithun*, quod nomen habeat etiam in titulo Psal. LXI. & LXXVI. (licet in ultimo addatur *Asaph*) constat eum fuisse ex praclaris Cantorum praefectis, quos David constituit, ut est in Paralipomenis b, videlicet cum dicto *Asaph*, & *Heman*. & sub eorumdem Praefectura qui erudiebant canticum Domini, erant ducenti octoginta octo c designati, ut vestiti bysinnis conciperent cymbalis, Psalteriis, citharis, antecaram: & horum numerus erat quatuor millia. Quia verò sicut *Asaph*, ad Leviticam familiam Gerson pertinebat, *Heman* ad *Caath*, ita *Ethan* ad *Merari* d, (qui ipsi Gerson, *Caath*, *Merari*, constituti dicuntur super Cantores) videtur idem fuisse *Ethan*, qui *Idithun* in Psal. Tom. II.

b 1. Paral. 6
21. 22. 16. 5
7. 37. 6. 2. 25
8. 6
ca. 20. 25. 7
d 1. Paral. 6. 17
33. 6. 15. 27
lib. 2. 5. 22
e 1. 20. 5. 31

ARGUMENTUM.

Quod ad argumentum spectat, non est de populo captivitate Babylonicam, de qua cupiebat liberari, patienter ac sine murmuratione propter sua peccata tolerante, ut R. Salomon voluit, sed de David, adversus maledicta Semei, similibusque, comprimente & continente in silentio se ipsum b, ut placet B. filio, Theodoro, Euthymio, Nicephoro, Chryostomo: & ex Latinis, Lytano, Valentia, Janenio, Aiguano, qui prius dicebatur Innomatus, quumvis addendum videatur cum ceteris, inde occasione sumpta, vel ex diutino aliquo morbo, quem sit passus, si ve sub morbi symbolo ex gravi calamitate, simul differere David de humane naturae miserabili conditione, quum sit proclivis peccato,

A a ac